



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

4. Augusti. Ità subditos tractet Superior, ut sinè gemitibus vivant alacres,
& Deo serenâ mente serviant. S. Ignat. apud Nolar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

4. Augusti.

Ità subditos tractet Superior, ut sine gemitibus vivant alacres, & Deo serenà mente serviant. S. Ignat. apud Nolar.

A Suescunt flagris, qui continuo verberantur, & quem habuerunt sensum, verberis assiduitate perdunt: nec alium continuata hæc sævitia facit fructum, quàm ut & pœna spernatur, & puniens.

Metui occalescens animus pejor fit, pudorêque semel excusso audacior in nefas abit, nec bonis deinde, nec malis facile revocabilis ad imperium.

Intempestiva reprehensio idem facit, quod violenta medicina; plùs nocet sapes, quàm morbus; pejus malo remedium, quod vitam celerius eripit, quàm agitando, quam tempus, & mollior manus emendasset.

Correctionis legem à Deo Superior dæscat. Quoties ille dissimulat? quàm raros multis punit? & nullum, nisi infra demeritum. Ubi essemus? singula si Nemesis exrata vocaret ad censuram.

5. Augusti.

Ità vetus homo mortificandus est in virtute